Turzanski et Kruszelnicki mutuo se se Quietant, Kruszelnicki vero Statuet ac Tuebitur.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Alexander Turzanski ab una et Nobilis Iwan Kruszelnicki olim Nobilis Fedorij Kruszelnicki filius parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneal. Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praefatus Nobilis Iwan Kruszelnicki suo et Nobilium Hrechorij et Pauli Kruszelnickich fratrum inter se germanorum pro quorum rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine. se se mutuo et invicem una pars alteram, cum posteris utriusque partis de omnibus generaliter inscriptionibus quouis titulo et praetextu conscriptis atque in tervisijs scriptis recognitionibus manualibus roboratis et non roboratis earumque roborationibus (quo ad sortes in bonis Villa Korczyn consisten. Staromieskie nuncupat. ex re persona et occasione, olim Theodori Staromieski tunc Recognoscentis praefatorumque fratrum suorum Avi aliorumque eiusdem olim Theodo Staromieski, et consortis ipsius successorum et ad bona eadem tam mobilia quam immobilia iam ante hac per eundem olim Theodorum Staromieski Inscriptione certa coram Actis Zydaczowien. roborata de actu ipsius et data in Zydaczow die

x

die decima quarta Martij Anno in eadem Inscripti
one specificato modo pure et irrevocabilis donatio
nis resignati praesentis interessentium spectanti tum de
quibusvis praetensionibus injurijs damnis, et violentijs
ad diem actus praesentis inter se Recognoscentes praefa
tosq Nobiles Kruszelnickie fratres Unius Recognoscens
germanos ab invicem modo quovis, ex occasione et
praemissum est sortium Starowieskie nuncupatarum
Intercedentibus Quietant eximunt dimittunt et libe
ros absolutosq perpetuo faciunt et pronunciant
Inscriptiones praefatas quasvis tum Intercisas, Scripta,
Recognitiones manuales tam roboratas quam non
roboratas, eorumq Roborationes in toto et per omnia
cassant mortificant et annihilant praesentibus, sibi suisq
posteris ratione praemissorum perpetuo imponendo
silentium. Nihilominus idem suprascriptus Nobilis
Iwan Kruszelnicki Unus Recognoscentium se ac suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibq
summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis prae
nominato Generoso Alexandro Turzanski eiusq successo
ribus inscribit et obligat praesentibus praefatos Nobiles
Hrehorium et Paulum Kruszelnickie fratres inter se
germanos vel in eventu mortis successores ipsorum
ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem quie
tatoriam vel aliam similem suo pro interesse fa
ciendam ad acta quaevis Authentica Regni vim per
petuitatis in se habentia intra decursum sex septi
manarum adducere et personaliter statuere ab ipsisq
vel eorum successoribus et praemissa debite exequatur
efficere. Interea vero ad tempus statuitiones suprascri
ptorum Nobilium Hrehory et Pauli Kruszelnickich
fratrum inter se germanorum statuendorum idem
suprascriptus Nobilis Iwan Kruszelnicki Unus reco
gnoscentium debebit et tenebitur prout se ac suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibq
ac summis pecuniarijs quibusvis habitis et haben

Pfato Grosso Alexandro Turzanski inscribit et obligat
praesentibus ipsum et eius posteros ab omni et quacunque
petitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque
conditionis status et sexus cuiusvis existentis ex re
persona et occasione suprascriptorum Nobilium Hrehorij
et Pauli Kruszelnickich fratrum inter se germanorum
stabilendorum ratione praemissorum modo quovis
exoriundarum in omni Iudicio et officio Regni semper
toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
intercedere et eliberare indemnemque cum posteris
reddere, atque sub damnis Terrestribus simpliciter absque
corporali iuramento taxandis et edicendis per eundem
Nobilem Iwanum Kruszelnicki Unicum Recognoscentem
sive eius posteros Pfato Grosso Alexandro Turzanski
vel eius successoribus in casu contraventionis submissioni
suae praesenti tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendis pro quibus
quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo
praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua
principali ex praemissis non completa complenda sitatus
existens memoratus Nobilis Iwan Kruszelnicki Unicus
recognoscentium sive eius successores ad instantiam
suprascripti Grossi Alexandri Turzanski vel eius posterorum
ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense
extunc recessu suprascripto quoad respondendum
spectat mediante. Semper in primo Citationis Termino
tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere
Damna praetacta Terrestria simpliciter taxata
libere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio

ad munimenta ad Evictorem vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitaneal. Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa oia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalys Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. Saluo nihilominus Iure Scortiuo eiusdem Gnosi Alexandri Turcanski unium Recognoscentium à Sacra Regia Maiestate super easdem sortes obtento, tum et alio quouis super eadem bona pertueniente, pleno in robore uni Recognoscentium nempè suprascripto Gnoso Turcanski, reseruato.

Rychlicki Wolanskim Coniugibus Cedit.

979 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosus Valentinus Rychlicki sanus mente et corpore existens à Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprys et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitanali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando atq subyciendo palam libere publice ac expressum recognouit Quia ipse et Gnosa Eud. Podgurska Consortis suae legitimae procuius ratihabitione cauet et se praesentibus inscribit nomine. de omni et integro Iure suo praefatoq Consortis suae infrascripto nimirum de Interesa certa inter Gnosum Ioannem